



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Christus Deiparæ in Ioanne Iustos in filios tradidit, n. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Philo. sponſi ſolet communiter mater etiam ſponſæ appellari; nam, ut rectè animadvertit Philo lib. 2. de Monachia, generi loco filiorum ſunt ſoceris, & hi loco parentum ſunt generis: pari ratione ſponſa filij, loco filiæ eſt matri hujusmodi ſponſi. & hæc viciffim eidem ſponſæ loco eſt matris.

Anſelm. apud Bonavent. Similiter non tantum eſt mater Chriſti fratris noſtri: ſed carnem illi tribuendo fratrem eum nobis effecit. unde Anſelm. apud Bonaventuram in ſpeculo B. Virg. cap. 8. *Si Chriſtus, inquit, eſt credentium frater, cur non ipſa, qua genuit Chriſtum, credentium ſit Mater? & ipſe Bonaventura inſiſta: Benediſtus frater, per quem Maria eſt noſtra Mater: & benediſta mater, per quam Chriſtus eſt noſter frater.* hæc Bonaventura. de quo Anſelmus lib. de excell. Virg. c. 9.

Anſelm. Quod, inquit, tantum patrem, & tantum fratrem (id eſt Chriſtum) ſortiti ſumus, ut que B. Maria aſcribere debemus, cujus intergerma, & benediſta ſacunditate in tantam dignitatem ſurreximus, quod ejus ſecunda virginitas Deum de ſua ſubſtantia genuit. & c. 12. ad B. Virginem: Per hoc, inquit, Deus noſter, per te factus eſt frater noſter, ut quemadmodum ipſe dignatus eſt conſors fieri noſtra humanitate, ut nos mereamur conſortes fieri ſua divinitate. & Bernard. ſerm. de Aquæductu: An, inquit, trepidus ad Chriſtum? frater tuus eſt, & caro tua, tentatus per omnia abſq; peccato, ut miſericors fieret; Hunc tibi fratrem Maria dedit. ita Bernardus.

Bernard.

CHRISTVS DEIPARÆ IN JOANNE
Iuſtos in filios tradidit.

Secundo, quia Chriſtus in cruce ſe iuſtos matri in filios tradidit.
A Lterum caput, quo Virgini ſanctiſſimæ, quoniã ſcilicet Chriſtus Dominus in cruce pendens in Joanne diſcipulo ſingulariter ſibi dilecto, & cujus nomen gratiam ſonat, omnes quos ipſe diligit, quiq; in gratia exiſtunt, in gratia exiſtunt, in filios eidem tradidit, ut quos ipſe eo tempore maximis in cruce doloribus parturiebat juxta illud Iſaiæ vaticinium: Si poſueris pro peccato animam tuam, videbis ſemen longævum: ipſa tanquam pia Mater à Chriſto genitos in filios ſua charitate fovendos, ſuoq; patrociniò tuendos ſuſciperet. & hoc quidem tibi volunt ex Auctoribus ſuperiori capite ad verbum allatis iſi, qui affirmant B. Virginem tempore paſſionis propter acerbiffimos dolores ex filij compaſſionis toleratos nos partu-

riſſe. Ita Rupert. Tuitienſis, & Albertus a. Rupert. pud S. Antoninum 4. part. tit. 15. c. 2. quo. Tuit. S. niam ſcilicet eo tempore Chriſtus electos omnes in Joanne, qui gratia interpretatur, ei dedit in filios. Huc referri poteſt illud S. Antonini 4. part. tit. 15. c. 20. §. 14. ubi docet Chriſtum feciſſe Virginem participem beneficii redemptionis, quatenus ſicut fuit adjutrix redemptionis per compaſſionem, ita fieret Mater omnium per recreationem: totumq; mundum ſicut obſtingitur Chriſto per paſſionem, ita etiam Dominæ obſtingi per compaſſionem. hæc S. Antoninus. Sed diſeris verbis hoc etiam plurimi adnotarunt, inter quos idem S. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 2. cujus verba ſuperiori capite citavi. P. Alphoſus Salmeron tom. 10. ſuorum operum tract. 41. Toletus in Ioan. 19. ſuper illud: *Mulier ecce filius tuus.* Omnes nos, inquit, curia, protectioni, & interceſſioni Virginis commendat, nobis autem fiduciam confert, ut tanquam ad Matrem, & Dominam in omnibus noſtris confugeremus. Ioannes nos repreſentabat. ſic ille. Idem etiam fatiſ aperte indicat Origines in Ioannem tom. 1. in ipſa præfatione, ubi, ut quis myſteria, quæ in Evangelio S. Joannis continentur percipiat, docet illum debere eſſe alterum Joannem, qui ſupra pectus Domini recubuit, vel à Chriſto acceperit B. Virginem in Matrem, ita ut ſit veluti alter Chriſtus filius Virginis, & poſt aliam qua concludit de omni perfecto Chriſtiano, Ioan. 12. in quo viuit Chriſtus, dictum fuiſſe Virgini: *Ece filius tuus Chriſtus:* verba Origines præcavit plenius referre, ut intelligamus quales eſſe non deceat, ut ad tantam Virginis filiationem aliqua ratione aſpirare poſſimus: conſerens enim ibi Origenes Ioannem eum reliquis Evangeliftis, qui humanam Chriſti generationem, & actiones enarrant, ſubiicit de Ioanne in hæc verba: *Sed majores, perfectiores: que de Jeſu ſermones referuat et, qui ſupra pectus Jeſu recubuit.* Nullus enim illorum adeo purè man feſtauit illius divinitatem, ut Ioannes; quippe qui inducis illum diſcipulum: *Ego ſum lux mundi. Ego ſum via, veritas, & vita. Ego ſum reſurrectio, Ego ſum oſtium, Ego ſum paſtor bonus: & in Apocalypſi. Ego ſum a, & principium, & finis: primus, & noviffimus. Audemus egre dicere, primus: ſcripturarum omnium euangelium eſſe: Euangeliorum verò primus euangelium à Joanne traditum, cujus ſolum percipere nemo poteſt, niſi qui ſupra pectus Jeſu*

P. Alph. Salmer. Tolet. in Ioan. 19.

Origeni. Notanda doctrina ad hanc, quæ Origeniſis præfatione ubi, ut quis myſteria, quæ in Evangelio S. Joannis continentur percipiat, docet illum debere eſſe alterum Joannem, qui ſupra pectus Domini recubuit, vel à Chriſto acceperit B. Virginem in Matrem, ita ut ſit veluti alter Chriſtus filius Virginis, & poſt aliam qua concludit de omni perfecto Chriſtiano, Ioan. 12. in quo viuit Chriſtus, dictum fuiſſe Virgini: & 19.

Origeniſis

Ioan. 8. 14. 11 & 10.

Apoc. 12.

su recubuerit, vel acceperit à Iesu Mariam, quæ etiam ipsius Mater fiat, ad eum, tantumq; necesse est, quæ Ioannes alius sit facturus, ut quem admodum Ioannes itidem etiam & iste à Iesu, Iesus existere ostendebatur: Nam si nullus est Mariæ filius (iudicio sorum, qui de ipsa sanè senserunt) praterquam Iesus, dicit q; Iesus Mariæ, Mulier ecce filius tuus, & non ecce etiam hic est filius tuus, perinde est, ac si dixisset: Ecce hic est Iesus, quæ genuisti; Et enim quisquis perfectus est, non amplius vult ipse, sed in ipso vivit Christus, cumq; in ipso vivat Christus, dicitur de eo Maria: Ecce filius tuus Christus. hæc tenet Origenes.

Quanta autem cum pietate Christus in cruce totum hoc inter Matrem, & Ioannem transegit, pulchrè expendit Ambrosius epist. 82. ad Vercellensem Ecclesiam in fine: Nam si, inquit, religiosum est, quod latroni donatur vni a, multo liberior pietatis est, quod à filio Mater tanto affectu honoratur. Ecce, inquit, filius tuus, ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus, & inter matrem, atq; discipulum dicitur debet pietatis officia. hæc Ambrosius.

Cyprianus sermone de Passione agens de hoc: Thalamum, inquit, humanitatu tua cubiculario dilecto commendas & Cyrillus in Ioannem: Commendas, inquit, Mariam Ioanni, ut officium filij in eam seruares, Mater Ioannem, ut paternis in discipulum auctoritatem haberet, amore videlicet atq; charitate non minus illos coniungebat, quam si natura maxima propinquitate conjuncti essent. ita Cyrillus.

Quod autem Christus in cruce in tanta tormentorum atrocitate nostri ita memor esse dignatus sit, ut matrem suam nobis etiam traderet in matrem, profecto beneficium nos sibi deuinxit ad eum ingenti, ut si ea, quæ illud consequuntur, attentè perpendantur, verbis satis explicari nequeat. quocirca gratiæ illi agendæ sunt, quàm maximè: neque enim satis illi fuit nos scire sui æterni patris filios; nisi etiam quo sibi coniunctiores redderet, etiam in Ioanne matris suæ filios efficeret, ut ex vtraque parte tam patris, quàm matris fratres illius essemus. quare Bernardus sermone Signum magnum: Gratiarum, inquit, age es, qui talem tibi medicatricem benignissima miseratione prouidit. Et hoc fuit legatum, seu hæreditas illa preciosissima inter summos cruciatus à Christo nobis relicta, cum Deiparam Ioanni, & in Ioanne nobis eam tradidit. quod non obscure in Eliæ pallio figuratum accepimus; sicut enim olim

Elias 4. Reg. 2. in curru igneo per turbinem euectus ascendens in cœlum, Eliseo pallium suum reliquit, per quod ipse Eliseus 3. Reg. 19. à laborioso, & humili arandi opere, ad salutarem, & honorificam Eliæ sequelam antea fuerat traductus, & in quo postea admirabilia effecit, cum Iordanis aquas, ut per eas sicco vestigio pertransiret, diuisit: ita Christus per turbinem passionis in curru Crucis, flammis charitatis, vndiqueque flagrante recedens, B. Virginem quæ iuuenem erat pallium in cuius utero dum carnem suscepit, veluti pallio circumdatus, seu obuolatus fuerat, nobis reliquit, cum scilicet, in Ioanne nobis etiam eam in matrem tradidit, cuius virtute, & precibus tot peccatorum conuersiones, tam multa miracula in Ecclesia peraguntur; & a quæ tribulationis præsentis vitæ ita diuiduntur, ac mitigantur, ut per eas tuti transire valeamus. alioquin forsitan pertransisset anima nostra, ut habetur Plal. 123. aquam, insolerabilem, aquam nimirum ita altam, ut vadari nequeat.

Deiparam autem Christi pallium appellat Methodius in hypapantem cum ea agens: Tu es, inquit, impollutum illius indumentum, qui luce tui vestimento circumfunditur. Et quem admodum Eliseus adduci neuitquam potuit, ut Eliam priuquam raperetur dederet, sed ad finem usq; illi adhaesit, & ita huius pallij hæres factus est, (audierat item Eliam sibi duplicem eius spiritum in se fieri postulantem ita dicentem: Si videris me quando tollar à te, erit tibi, quod petisti.) ita & nos, ut tantum Christi pallium hæreditate possideamus, & spiritum eius duplicem, vberem nimirum, eius gratiam consequamur exemplo sancti Ioannis iuxta crucem Iesu cum matre eius, in finem usque persistamus, per crebram nimirum, ac deuotam passionis eius meditationem, cum animi gratitudine, & charitatis ardore coniunctam, per societatem passionum, pro Christi nomine hilaris, ac prompto animo suscepturam: si enim cum Christo crucifixo persistentes in eius tentationibus Luc. 22. Regni quoq; eius erimus participes: Si compatimur Rom. 8. & conglorificabimur: si commorimur, 2. Tim. 2. conuinemus, 2. Tim. 2. Et si 1. Petr. 4. communicauerimus Christi passionibus, in reuelatione gloriæ eius gaudebimus exultantes: Quod si 2. Cor. 1. fuerimus socij passionum, 2. Cor. 1. etiam & consolationis erimus: Quin etiam, Christo passo in carne eadem cogitatione 1. Petr. 1. 2. Petr. 1. armemur, ut omnimoda nequissimi ignea extingueri possimus Ty 3. 7. Ve-

4. Reg. 5.

3. Reg. 19.

B. Virgo
pallium
Christi
dicitur.

Per Virginem aqua
huius mundi
diuisantur.
Psal. 123.

Method.

4. Reg. 2.

Cum Christo
in cruce
persistendum.

Luc. 22.

Rom. 8.

2. Tim. 2.

1. Petr. 4.

2. Cor. 1.

1. Petr. 1.

2. Petr. 1.

Pietas
Christi
dum Ioan-
nem ma-
tri suam
tradit.
Ambros.
epist. 82.
alio lib. 2.
epist. 29.
Cyprianus.

Cyrillus.
Gratiarum
Christo a-
genda quod
nostri in
cruce me-
mor esse
voluit.

Bernardus.

Figuratur
hoc in
pallio Eliæ,
quod Eli-
seo reli-
quit.

Ad B. Virginem con- fugiendū.

7. Verum, vttam pretiosi legati nobis à Christo relecti, vberem fructum capiamus, obuoluamur & nos hoc sacro Virginis pallio, sub quo, vt cap. 24 dicebamus, quamplurimi, tanquam in portu tutissimo stationem faciunt; ad eam supplices accurramus, dicentes. cum Ecclesiis. *Sub tuum presidium confugimus sancta Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, & benedicta.* caueamus ne emolumentum quod ex Virginis patrocinio consequi possumus amplissimum, nostra desidia amittamus. neque enim exiguae confusionis rei erunt ij, qui tantum Christi beneficium paruisseerint. nam & Dominus iudæis inter alia beneficia quibus se ingratos exhibuerunt, illud exprobrat Michæ 6. *Quod miseris ante faciem eorum Moysen, Aaron, & Hieronym* Mariam, quæ verba enarrans Hieronymus in suis commentariis in Michæam, de Christo, & Deipara interpretatur, *Audiamus:* inquit, cum peccauerimus aduersus nos displicentem Deum, & in nos beneficiorum suorum magnitudinem arguentem, mittit Moysen spiritualem legem, & Aaron magnum sacerdotem, non typicum. *Ethod, veritatem q̄ portantem, sed signaculum sanctitatis in fronte habentem, quod Deus Pater signauit, mittit & MARIAM vaticinium Propietarum hæc Hieronymus.* Quare iuxta hunc Hieronymi sensum, vt in præsentia taceam eorum locordiam, & nequitiam omni supplicio dignam, qui Christi beneficium nec agnoscunt, nec recipiunt, (quid grauer Apóstolus ad H. bi. 10. expendit comparatione facta cum poenis transgressoribus Moisaica legis inflicta.) quanto putamus maiori, quam veteres illos Iudæos reprehensione, ac poena dignos eos, qui lege gratiæ Maria Deiparæ beneficio vti neglexerint, quam Maria toror Moyse adumbrabat, quamque Deus singulari benignitate præter Christū nobis in hoc deserto, ad terram promissionis celestem contendentibus dedit in matrem?

DEIPARA AD IVSTORVM SALVTEM multipliciter est cooperata.

Tertio, qu. a B. 8. Tertium caput erat, quoniam sanctissima Virgo, præter id, quod omnibus con- tulit Christum gignendo (qua ratione ad salutem nostram, vt cap. 17. dixi suo modo peccatiuiter cooperata est) adhuc ad salutem

nostram, & ut adoptionem filiorum Dei adipiscamur, multis rationibus, nimirum suis efficacissimis precibus, meritis, doctrina, exemplis, & miraculis, quæ ab ea iugiter & vberim in Ecclesia promanant, ita cooperatur, ut in Christo meritò nos gignere dicatur: nam & auxilia ad delenda peccata, & ad proficiendū in via Dei nobis imperat, vires demones eiusq; contra nos cōatus retundit ac cōprimat; miseris opitulatur, omnibus nostris necessitatibus, tum corporis, tum animæ præsto esse, & vt cœli Regina opem suam nobis impetiri dignatur.

Quòd autem propter hoc meritò mater nostra dici possit, hac ratione demonstretur. Apóstolus enim quos ad fidei veritatem sua prædicatione perduxerat, filios itre appellat. 1. Corinth. 4. *Vt filios, inquit, meos charissimos moneo, nam si decem milia paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres, nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui, & Galat. 4. Filii mei, quos uerum parturio donec formetur Christus in vobis & ad Philemonem. Obscuro te pro filio meo Onesimo, quem genui in vinculis.* Sed Virgo Deipara ad omnium salutem, peculiari ratione cooperatur, ergo meritò mater omnium dici potest. Quòd autem omnibus ad salutem conlegendam multis modis auxilietur præter ea, quæ plenius dixi cap. 16. quòd mater sit misericordis, & c. 17. quomodo ad omnium salutem sic cooperata, probatur tum auctoritate, tum etiam ratione. Augustinus libro de sancta virginitate cap. 6. loquens de Deipara: *Hæc, inquit, mater Spiritus est membrorum salua oris, quia cooperata est charitate, ut fideles in Ecclesia nascerentur.* Anselmus de excel. Virg. cap. 11. *Beata, inquit, Dei genitrix suis meritis cuncta reparatio mater est, & Domina rerum.* S. Bernardinus Senensis tomo 3. scum 6. art. 2. cap. 2. *Virgo inquit, per consensum in incarnationem omnium electorum salutem viscerosissimè expevit, & procurauit, & ex tunc in suis visceribus omnes basulauit, tanquam verissima mater filios suos.* ita S. Bernardinus. Et in S. Brigittæ reuelationibus lib. 14. S. Brigittæ cap. 138. ipsa Virgo, ut filius caput super retulimus, dicebat: *se uadum iustorum; sed etiam peccatorum, qui ad bonam frugem recipere se uolunt matrem esse, eoque opem ferre.*

S. Franciscus: este S. Bonaventura in eius Vita S. vita cap. 6. eos, qui exemplo, & precibus a Francisiorum conuertuntur, filios eorundem appellabat.

minimū inuau.
Apóstolus fideles à se conuersos vocat filios.
1. Cor. 4.
Galat. 4.
Ad Philemonem.
Augustinus.
Anselmus.
S. Bernardus.
S. Brigittæ.